UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flores Directorii Inqvisitorvm

Bariola, Luigi

Mediolani, 1625

Consilivm Vigesimvmoctavvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11434

Visual Library

CONSILIVM VIGESIMVMOCTAVVM.

AN Regulares Mendicantes teneantur ad refe-ctionem Viarum, Murium, Pontium &c.

REſpondetur negatiuè. Videndi Iuriſtæ in l. ad Inſtructiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Cyn. & Salycet. in auth. caſſa, & irrita. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bald. in l. cunctos populos. C. eodem Socin. conſil. 55. lib. 1. Alexand. conſil. 209. lib. 2. Socinus conſil. 55. lib. 1. cap. vnico, de religioſ. domibus in 6. cap. Non minus, & cap. aduerſus, de immun. Eccleſ. cap. 1. & 3. de immunit. Eccleſ. Canoniſtæ ibid. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. Innocentij III. cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtitut. Clement. 1. & 2. de cenſibus, cap. Conqueſtus, de foro compet. cap. fin. de rebus Eccleſiæ non alienandis. cap. vt dilecti filij. cap. Quanto de priuilegijs. cap. Quamquam de cenſibus in ſexto, cap. Decernimus de Iudicijs, diſtinct. 10. & 96. Sylueſt. verbo Immun. cap. 1. quæſt. 5. num. 19. 20. Tabien. verbo excomm. cap. 5. caſu 18. num. 3. Angel. verbo Immun. num. 38. Enriquez in ſumma Theologiæ moralis lib. 10. cap. 15. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Michael Salon. de Iuſt. & Iur. tom. 2. q. 78. art. 5. controuerſ. 1. fol. 176. Praxis Curiæ Archiep. Neap. cap. 92. Graffius de arbitr. Conf. cap. 24. Azorius par. 1. lib. 5. cap. 19. q. 8. inſtit. mor. Item p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 10. Couarr. pract. q. cap. 33. n. 7. Franciſ. Sarmient. lib. 7. ſentent. cap. 14. Item Lopez in repetit. c. Per veſtras, de donatione inter virum, & vxor. Anaſtaſius. Germon. Aſſertio libert. & immun. Eccl. c. 7. fol. 62. Ioan. Beltr. Propugnac. libert. Eccleſ. §. 1. n. 8. 11. 22. & §. 5. n. 28. & §. 6. n. 57. 58. Bulla Cœnæ cum

Epoſit.

Expoſit. caſu 14.15.17.18. Riccardus de Media Villa quolibet. 2. quæſt. 30. art. 5. Menoch. conſil. 800. Surd. conſil. 301. Marta, de iuriſdictione vol. 1. par. 4. cent. 1. caſu 9. Petr. Cened. in Collect. ad Ius Canon. Collect. 153. Camil. Borel. de tit. & regal. Regijs, cap. 7. n. 20. cap. 19. n. 82. c. 20. n. 46. 47. 48. cap. 63. n. 48. 49. 50. 52. 53. c. 71. n. 252. 293. Quaranta in Summ. Bullar. ver. Priuilegia Regular. Io. Baptiſta Confect. in compend. priuileg. mendic. fol. 361. Venetijs 1603. Purpurat. conſil. 485. Molina de iuſt. diſp. 670. & 672. tom. 3. cap. Clericis de Immun. in 6.

Si Bulla Pij V. Dum ad vberes &c. non habet locum in hoc caſu, ergo malè citatur in hunc locum à Michaele Salono, à Quaranta, & à Confectio vbi ſupra, à Candelabro Aureo parte 2. in excommunicationibus 56. 57. 58. Epiſcopis reſeruatis, & à Sorbo Capuccino in Compendio priuil. Mendicant. ſub finem primæ partis.

Si dicatur: Diſpoſitio Iuris Ciuilis amplectenda quando contrarium non habetur in Iure Canonico, cap. 1. de noui operis nunciatione.

Reſpondetur id verum cum Iuris Ciuilis diſpoſitio non grauat Eccleſiam, nec Eccleſiaſticos; tunc enim non tenet, niſi approbetur ſpecificè ab Eccleſia. Ita DD. in c. fin. de for. compet. & c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. & c. fin. de reb. Eccleſiæ non alienand.

Adde Conſeruatores non poſſe recuſare electionem de ipſis in Conſeruatores factam ſub pœnis excommunicationis, & ſuſpenſionis à diuinis, ipſo facto incurrendis; atque ſub eiſdem pœnis officium exercere tenentur debitè, & plenariè, itaut quouis prætextu, à nullo impediri poſſint, quo minus of-

ficium adimpleant; Et à ſupradictis cenſuris non niſi à Summo Pontifice, aut in mortis articulo abſolui poſſunt. Ita Confect. vbi ſupra fol. 210. & 350. Leonardus Duardus in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. q. 19. n. 116. & can. 18. q. 12.

Regulares non tenentur ad refectionem viarum, &c. Ita Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium 18. Nouembris 1583. Epiſcopo Ferrariæ.

CONSILIVM VIGESIMVMNONVM.

De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat. Pſal. 16.

Conſueuit Auguſtiniana Religio à quibuſdam annis infra eligere, & deputare in Regentes ſtudiorum non Magiſtros, & Doctores, ſed Baccalaureos, qui titulo, & prætextu officij pręcedere volunt alios Baccalaureos non Regentes, ipſis tamen Regentibus habitu, profeſſione, & Baccalaureatus gradu priores. Quæritur, quid Iuris?

Reſpondetur, de iure nullo modo deffendi poſſe, quod prior locus debeatur Regentibus Baccalaureis ſupra alios Baccalaureos non regentes.

Primò, quia ab initio Religionis, vſque ad hæc tempora ita fuit obſeruatum, vt nullum locum ratione officij habuerint Regentes, ſed illum tantum, qui ratione gradus illis erat debitus, & à practica antiqua numquam eſt recedendum. Bal. in L. illud

vſita-